

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Codicis Dn. Ivstiniiani Sacratissimi Principis P.P. Avg.  
Repetitæ prælectionis Libri XII**

**Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>**

**Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.**

## Widmungsbrief

---


**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1733>

albe. J.

NOBILISSIMO CLARIS  
SIMOQVE VIRO VIDO FA-  
BRO PYBRACIO REGII CONSISTORII CON-  
SILIARIO, SENATVS PARISIENSIS PRE-  
sidi, Illustrissimi Ducis Andegauensis, fratri Regis  
vnici, Cancellario, Dionysius Gotho-  
fredus I.C. S. P. D.



*ISI te scirem (vir Clariſime) quantum au-  
thoritatis inter nos, tantum sapientia, at-  
que humanitatis à natura consecutum: vix au-  
derem frontem huius operis de tuo titulo atq;  
nomine munire, aut in tuum patrocinium,  
tuamq; tutelam aperte dare. Nam & hac com-  
mentatio à me suscepta, præstantiorem artifi-  
cem, plus temporis etiam atq; otij, &, ne quido-  
mittam, potentioris extrarium præsidium po-  
stulabat. Neque ambigo, quin utilati publica plus re ipsa debere posse,  
quām à me nunc præstetur. Sed tamen non ignoras, credores vel obla-  
tam debiti portionem accipere nonnunquam à Prætore compelli. Male  
audire solet fænerator, si acerbe exigit. Quod si ita iure usurpatum, de  
reliquis posthac videro: quibus dissoluendis, quin idoneus fiam, non dubi-  
to: si vel tuum suffragium semel interuenerit. De meo in Codicem incœpto,  
ne quid dicam amplius, quām quod à me alibi iam scriptum, dictumque  
est: visum fuit & hoc inter cetera legentibus profuturum, Romanorum  
Consulum temporibus, qua singulis pene Codicis legibus addita, annos  
salutis nobis redonata, subiungi. Quoto enim spatio temporis singula cu-  
iusq; Tituli leges à se, aliorumq; titulorum capitibus distent, facilius po-  
test animaduerti: meaque opinione id quoque conferet, ad ea qua in spe-  
ciam pugnare videntur, concilianda. cuius obseruationis nec te latet  
haud minimam inter nos utilitatem esse. Qualecunq; tandem illud  
sit, quod à me strictim Codici adnotatum, in eoque præstitum est, tuo  
nomini ultrò ac libens dico, vobis que. Id, cum dignitati, tum virtuti ac  
sapientia, iure ac merito debetur: cuius monumenta ut brevia (ve-  
terum sapientum more) ita sempiterna posteris reliquisti. Certè eloquenti-  
a, ac prudentia ciuilis, sacrum Regis consistorium, senatus, nationes et  
iam exterastestes habuisti. Neque id mirum, cùm inter maiores atque  
gentiles tuos, infinitos propè Scuolas possis numerare. à quibus ut vir-  
tute superari nolueisti, ita felicitate summa, magnis honoribus illos ante-  
celluisse videris, quos Deus Optimus Maximus diutissime tibi conser-  
uet, prorogetq;. Vale. Dat. pridie Calend. Augusti. M.D.LXXXIII.*